Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

In adventu iudicum

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

ut uideret illū· quia inde erat transiturus. Et
cum uenisset ad locū· suspiciens ihs uidit illū·
& dixit ad eū. Zacchee festinans descende.
quia hodie in domo tua oportet me manere.
Et festinans descendit. & excepit illū gaudens.
Et cū uiderent omš· murmurabant dicen
tes· qđ ad hominē peccatorē diuertisset.
Stans autē zaccheus. dixit ad dnm· Ecce
dimidiū bonorū meorū dne· do pauperib;·
Et si quid aliquid defraudaui. reddo qua
druplū. Ait ihs ad eū. Quia hodie salus
domui huic facta ē. eo qđ & ipse filius sit
abrahae. Uenit enī filius hominis que
rere & saluum facere. quod perierat.

IN ADUENTU IUDICUM

Lectio epte beati pauli ap ad timot.

KMe. Obsecro primū omniū fieri obse
crationes. orationes. postulationes.
gratiarū actiones. pro omnibus homi
nibus. Pro regibus. & omnibus qui in
sublimitate sunt. ut quietam & tran
quillā uitā agamus. in omni pietate &
castitate. Hoc enī bonū est & acceptū.
corā saluatore nro dō. qui omš homines
uult saluos fieri. & ad agnitionē uerita

tis uenire. Unus enim deus. unus & mediator dei &
hominum. homo xpistus ihesus. qui dedit redemptionem
semet ipsum pro nobis. testimonium tempori-
bus suis. In quo positus sum ego predicator
& apostolus. Ueritatem dico non men-
tior. doctor gentium in fide & ueritate.

SECUNDUM LUCAM

In illo tempore. Dicebat ihesus discipulis suis
parabolam hanc. Quoniam oportet semper
orare & non deficere dicens. Iudex qui-
dam erat in quadam ciuitate. qui deum non
timebat. & hominem non reuerebatur. Ui-
dua autem quedam erat in ciuitate illa. &
ueniebat ad eum dicens. Uindica me de ad-
uersario meo. Et nolebat per multum
tempus. Post haec autem. dixit intra se.
Etsi deum non timeo nec hominem reuereor.
tamen quia molesta est mihi haec uidua
uindicabo illam. ne in nouissimo ueniens
suggillet me. Ait autem dominus. Audite quid
iudex iniquitatis dicit. Deus autem non
faciet uindictam electorum suorum claman-
tium ad se die ac nocte. & patientiam habe-
bit in illis. Dico uobis quia cito faciet
uindictam illorum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST